



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Echinvs. Ex Ambros. I, 5, Hexam. c. 9. Descriptio CII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

ē mari in lacus eorum apertos, atque ibi fallamenta populari, conuertit in se custodi ni indignationem assiduitate furi immo-
dici: Sepes erant his obiecta, sed has tran-
scendebat per arborem, nec deprehendi po-
tuit nisi canum sagacitate. Hi redeuntem
circumafere noctu, concitique custodes ex-
pauere nouitatem. Primum omnium ma-
gnitudo inaudita erat, deinde color muria
obliti odore dirii. Quis ibi polypum expectaf-
set, aut ita cognosceret? cum monstro dimi-
care sibi videbantur. Namque & afflatu ter-
ribili canes agebat, nunc extremis crinibus
flagellatos, nunc robustioribus brachijs
clauarum modo incisos, egregue multis tri-
dentibus confici potuit. Ostendere Lucullo
caput eius dolij magnitudine, amphorarum
xv. capax, atque (vt ipsius Trebij verbis v-
tar) barbas, quas vix utroque brachio com-
plecti esset, clauarum modo torosas, longas
pedum acetabulis siue caliculis vrnalibus
peluium modo, dentes magnitudini respon-
dentes. Reliquiae asseruatae miraculo, perpen-
dere pondo DCC.

ECHINVS.

Ex Ambros. l. 5. Hexam. c. 9.

Descriptio CII.

Echinus animal exiguum, vile, ac despi-

cabile (marinum loquor) plerumque index
futurae tempestatis, aut tranquillitatis ad-
nuntius esse solet nauigantibus. Denique,
cum procellam ventorum fenterit, calcu-
lum validum arripit, eumque velut sa-
burram vehit, & tanquam anchoram tra-
hit, ne excutiat fluctibus. Itaque non su-
is se librat viribus, sed alieno stabilit, & regit
pondere.

P O M P I L V S
natans.

Ex Plin. lib. 9. cap. 31.

Descriptio CIII.

P O M P I L V S supinus in summa equo-
rum peruenit, ita se paulatim subrigens,
vt emissa omni perfissulam aqua, ve-
lut exoneratus sentina, facile nauiget. Post
duo prima brachia retorquens, membra-
nam inter illa mira tenuitatis extendit.
Qua vesicante in auras, ceteris subremi-
gans brachijs, media cauda vt gubernaculo
se regit. Ita vadit alto, liburnicarum gau-
dens imagine, & si quid pauoris in-
terueniat, hausta se mergens
- aqua.

D E S C R I P T I O N E S I N
animorum.

INSVLAE FORTVNATAE.

Ex Platone, in Axiocho.

Descriptio CIV.

Οἷος μὲ οὖν ἐν δὲ ζῆν δαίμων ἀγαθὸς
ἐπὶ πνευσμ, εἰς τὸ εὐσεβῶν χάρον
οἰκίζονται, ἐνθα ἄφρονι μὲ ὄρα παγ-
κάρως γονὴς βρύσει, πηγὰς δὲ ὄδων κα-
δαρῶν ῥέσει, πανταίῳ δὲ λειμῶνες ἀνθεσι ποι-
κίλοις ἐαριζόμενοι. Διατελεῖ δὲ φιλοσό-

Q V I R V S C V M Q V E in vita fors melior
aspirauerit, sedes incolunt piorum, v-
bi omnes hora sciant omni gena fru-
ctuum ybertate, fontes puris labuntur a-
quis, varijs prata floribus innumera ver-
nant. Conuentus sunt Philolophorum, thea-
tra poctarum; exultantium coronæ, musici
Cccc que